

05

A

335





DISPUTATIO THEOLOGICA
DE
**ÆTERNA VERBI
DEI DURATIONE,**

juxta Matth. V. Comm. 18. 19.

QVAM

in Illustri ad Albim Academia

SUB PRÆSIDIO

VIRI MAGNIFICI, MAXIME REVERENDI, AMPLIS-
SIMI ATQVE EXCELLENTISSIMI,

DN. JOHANNIS DEUTSCHMANNI,
SS. Theol. Doctoris, ejusdemq; Profess. Publ. du-
dum celebratissimi, & Alumnorum Electoralium
Ephori gravissimi, meritissimiq; ,

Dn. Patroni, Præceptoris, ac Patris instar apud exteros,
filiâ observantiâ æternum prosequendi, devenerandi,

Publico Eruditorum Examine sistit

M. VALENTINUS GREISSING, Coronâ Trans-
sylvanus, Ser. Elect. Sax. Alumnus,
In Auditorio Majori

Ad diem 8. Febr. Anno O. R. M. DC. LXXVIII.

OS)O(90

WITTEBERGÆ

Typis JOH: BORCKARDI, Acad; Typogr: excudebat SIMON Sieberhitt.



11

DISPUTATIO THEOLOGICA
AETERNA VERBI
DEI DEORATIONE

Juxta Alab. V. C. anno 18. 19.



Dr. JOHANNES 533 A 50

22. Theol. Decembris, quod dicitur: *quod dicitur*

Dr. JOHANNES 533 A 50

M. VALENTINUS GRISERUS, Collegii

Alab. 8. Febr. anno O. R. M. DE EXE. V. N.

Typogr. BORCKARDI, Anno 1799





ΘΕΟΣ! ΘΕΟΣ!

Textus Graecus: v. 18. Ἀμὲν γὰρ λέγω ὑμῖν, ἕως ἂν παρέ-
λθῃ ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ, ἰὼτα ἓν, ἢ μία κεραία ἢ μὴ
παρέλθῃ ἀπὸ τοῦ νόμου, ἕως ἂν πάντα γένηται. v. 19. Ὃς
ἂν ἔν λύσει μίαν τῶν ἐντολῶν ἡστῶν τῶν ἐλαχίστων, καὶ δι-
δάξῃ ἕτως ἕως ἀνθρώπων, ἐλάχις ὅτι κληθήσεται ἐν τῇ βασιλείᾳ
τῶν οὐρανῶν: ὃς δ' ἂν ποιῆσῃ καὶ διδάξῃ, ἕτοιμος μὲν κληθή-
σεται ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν. *Latinus Vulgatus: v. 18. Amen*
quippe dico vobis: donec transeat caelum & terra, jota unum, aut
unus apex non prateribit à lege, donec omnia fiant. v. 19. Qui
ergo solverit unum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homi-
nes, minimus vocabitur in regno caelorum: qui autem fecerit &
docuerit, hic magnus vocabitur in regno caelorum. German. Lu-
sberiv. 18. Denn ich sage euch wahrlich: biß das Himmel und
Erde zergerhe / wird nicht zergehen der kleinste Buchstab / noch
ein Züttel vom Befehle / biß daß es alles geschehe. v. 19. Wer
nun eines von diesen kleinsten Geboten auflöset / und lehret die
Leute also / der wird der kleinste heißen im Himmelreich / wer es
aber thut und lehret / der wird groß heißen im Himmelreich.

Textus Ezerγασία.

1. Ezerγασία hujus Oculi quod concernit, notamus I. *Ana-*
lysin Grammatico-Philologicā. Ἀμὲν: hæc vocula consideratur (1)
ratione originis, sic non Græcis, sed Hebræis suos debet natales, cum
יָמֵן passim in V. T. reperiat, & significat verè, vel etiā ipsam ve-
ritatem, à rad. יָמֵן vel יָמֵן credidit, confusus est, in promissis ac-
quirit, certus de re quadam fuit, certissimā persuasionem habuit.

(2) *Ratione*

(2) *Ratione translationis*, sic Græcâ civitate donata fuit hæc vox
 εὐα, cū in *emphasi* Hebrææ vocis vix similem in Græca lingua res-
 periret, non autem in Græco dicendum erat ἀμὲν, sed αὐλὴν,
 quia vocalis longa, non brevis, in fine vocis originalis invenitur.

(3) *Ratione usurpationis*, sic non unus illius vocis usus est, nos
 hac vice potissimum cū in *tergeminam usum variationem* notamus:
 nam mutatur usus (1) *quoad vocis statum*, quia (a) *formaliter*
 & *communiter* sumitur instar *adverbialis particulae*, quæ vel *affir-*
mationem vel *confirmationem* infert, *verè, certò, profectò* (b) *ma-*
terialiter & *specialiter* accipitur in genere neutro τὸ αὐλὴν, & si-
 gnificat *rem certissimam*, II. Cor. I. 20. Omnes enim *promissiones*
in Christo sunt τὸ αὐλὴν, *res certæ, vel infallibilis, & indubitata*.
 (c) *personaliter*, & *singulariter*, cum articulo, vel etiam in genere
 mas ulino ὁ αὐλὴν, sic ipse *Filius DEI* vocatur Apoc. I. 18. (ubi ta-
 men nonnulli partim *articulum*, partim *vocabulum ipsum αὐλὴν*
 omiserunt) c. III. 14. Christus autem sic vocatur, quia est ὁ μαγέ-
 τος ὁ πρῶτος, Apoc. I. 5. ὁ μαγέτρος ὁ πρῶτος ὁ ἀληθινός, c. III. 14.

(2) *Quoad vocis situm*, vel *positum*, quia nonnunquam adhibe-
 tur in *exordio sermonis*, quando particula vel *affirmationis*, vel
asserentionis est, ut passim in N. T. reperitur: nonnunquam
 adhibetur in *exordio sermonis*, tanquam *notæ confirmationis, ob-*
signationis, & conclusionis, ut Matth. VI. 13. Rom. I. 25. IX. 5. XI. 36.
 &c. nonnunquam in *statu solitario* semel invenitur, ut b. I. v. 26.
 VI. 25. XVI. 8. X. 10. &c. nonnunquam in *geminato bis* reperio-
 tur, nimirum per totum & solum *Johannem Evangelistam*, Cap.
 I. 51. III. 3. 5. 11. V. 19. 24. 25. VI. 26. 32. 47. 53. VII. 34. 51. 58. X. 1.
 7. XII. 16. 20. 21. 38. XIV. 12. XVI. 20. 23. XXI. 18. Ubi notan-
 dum, quod etiam in quinto exemplari *Stephani* bis scriptum hoc
 loco reperitur, αὐλὴν αὐλὴν, sicut etiam *Persicus Metaphra-*
stes geminationem Verè Verè hic adhibuit: sed nec illud aliàs
Matthæo consuetum, nec aliis exemplaribus probatoribus con-
 sentit. (3) *Quoad vocis obiectum*, sic adhibetur (a) in *affir-*
mationibus & *asserentionibus*, Esa. LXV. 16. h. l. & passim alibi.
 (b) in *juramentis*, Num. V. 22. (c) in *precaationibus*, Matt. VI.
 3. (d) in *imprecationibus*, Deut. XXVII. 15. seq. (e) in *appro-*
 batione

barionibus, 1. Reg. 1. 36. Nehem. V. 13. (f) in gratiarum actionibus, Psalm. XLI. 14. LXXII. 19. LXXXIX. 53. CVI. 48. Nehem. IIX. 6. Apoc. I. 6. (g) in votis & benedictionibus, 1. Cor. XIV. 16. (h) in acceptis promissionibus, 1. Paral. XVI. 36. Jerem. XI. 5. XXIX. 6. Luc. I. 38. &c. Hinc notandum, quod in principio sermonis ad affirmacionem eorum, quæ dicuntur, & reddatur per verè, ceriò, profectò: sed in fine potius ad confirmationem, & exortationem eorum, quæ dicta sunt, & reddatur per γενοίτο, fiat, vel utinam.

2. Γὰρ in nonnullis exemplaribus non invenitur, nec ab omnibus eodem modo redditur, sicut ad h.l. notat Dn. D. Winstrupius: In MS. Bibl. Bodl. 1. atque in Vet. Cod. Coll. Linc. Oxon. desit γὰρ, & simpliciter legitur, Αὐτὸν λέγω. Ad quem modum adornata sunt Versiones Arab. Persic. Aethiop. Anglicana, & Danica edit. 1523. sed plerique Metaphraste retinuerunt, quod in plerisque Codicibus Græcia reperitur: hanc tamen uno modo vertunt, Nam (1) quippe reddiderunt Vetus Interpres, Erasmus, Ar. Montan. Pagnin. Tremell. Beza, Pucal. (2) Ad verbum Enim Casal. Schmid. similes sunt Versiones Syriac. Trem. & Trost. Interpr. item Ital. Gall. Hisp. Germ. Belg. Svecic. Danic. Island.

3. λέγω ὑμῖν. Hæc itidem verba cum immediatè præcedentibus peculiarem important emphasin, quia secus opus non fuisset, ut hæc Christus insereret, Αὐτὸν γὰρ λέγω ὑμῖν. cum omnes audirent Christum hæc dicere, Christumq; coram se disserentem sensibiliter oculis viderent: sed tum propter objecti necessitatem, utilitatem, tum propter verbi, vel etiam legis eternitatem, tum propter doctrina hujus notabilitatem, &c. hæc inspergere, suosq; tum auditores, tum discipulos, ad eò majorem attentionem excitare voluit.

4. Ἔως αὖν παρέλθῃ ὁ ἄγονός, καὶ ἡ γῆ: ἔως αὖν h.l. non definitam durationem importat, quasi vel cum mundi transitu, vel post mundi transitum, verbum DEI cessaturum sit; hoc enim minimè dici vel debet, vel potest, cum verbum DEI sit æternum, Esa. XL. 8. 1. Pet. I. 23. sed potius infinitam durationem designat, cum verba secundum substratam materiam intelligenda

sint, & Scripturarum usus idem ostendat. Conf. *Matth. XXII. 44. Marc. XII. 36. Luc. XX. 43. Act. II. 35. Heb. 13.* (2) *παρέλθῃ* non significat *transitum accidentalem*, vel etiam *localem*, quasi de loco in locum transire mundus debeat, sed *substantialem*. Conf. *Fac. I. 10. 1. Pet. IV. 3. II. Pet. III. 10.* ὁ ἕρως καὶ ἡ γῆ ἑμφατικῶς dicitur *cum articulo*, *partim* ut ad ipsam substantiam cœli, terræq; respectus haberetur; *partim* ut ad cœlum & terram præsentem, prout in mundo nunc existunt, *δεικτικῶς* digitus intenderetur; *partim* ut ad firmitatem cœli, terræq;, quæ reliquarum omnium creaturarum quasi fundamenta, vel fulcimenta sunt, devotio nostra remitteretur; *partim* ut idem cœlum & terra, prout in prima creatione per divinam potentiam ex nihilo producta sunt. sicut *Gen. I. 1.* per *η* *emphaticum* introducuntur *מים* & *ארצה* (cùm *articulus emphaticus Græcorum* certo modo *Hebræorum η* *emphatico*, juxta sententiam *Philologorum*, æquipollet) denotaretur, & sicut ibi per creationem ex nihilo cœperunt, ita hîc per consummationem in nihilum abitura, significaretur.

5. *יֹוְטָא* ἐν, ἢ *μία κεραία* ἢ *μὴ παρέλθῃ* ἀπὸ τῶ νόμου: juxta plerosque *proverbialiter* hæc dicuntur, adeòq; non opus est, ut *minutissima* quævis hîc eruantur, & attendantur: aliàs (1) certum est, quòd *יֹוְטָא* sit *minima* non tantùm apud *Græcos*, sed etiam apud *Hebræos* *litera*, sicq; demonstraretur, quòd ne quidem *minima*, multò minùs alia *litera*, sed omnium minimè vera quædam *legis* sententia perire queat. (2) Quòd *κεραία* non uno modo per *Interpretes* exponatur. Nam (a) *Ludovicus de Dieu* *κεραία* reddit *lineam*, ex occasione *Interpret. Syr. & Arab.* cum primis quia *literæ Hebræorum*, excepto *Jod*, ductibus *linearum* constare videntur. Sed hæc explicatio proximè non fluit ex *connexionem* textus, cùm vox *κεραία* minus quid, quàm *יֹוְטָא*, notare deprehendatur. (b) *Theophyl. & Nyssenus* hîc *mysterium crucis* investigare volunt, ut *יֹוְטָא* *lineam perpendicularem*, sed *κεραία* *transversam* designet. Verùm hoc longiùs à sensu *literali* recedit. (c) Nonnulli per *Jota* *minimam literarum*, per *κεραία* *partem literarum*, eamq; non *quamvis*, sed *præeminentem*

wenerem, corniculatam, intelligendam esse docent, quia κέρατα si-
 gnificat cornu, antennam, tuberculum praeminentem in pomis,
 globis &c. (d) Alii puncta vocalia, vel etiam accentus intel-
 ligunt, de quibus legatur B Chemnit. c. 1. p. 51. Harm. Dn. D. Ca-
 lov. in Bibl. Illust. ad h. l. Dn. D. Winstrup. ad h. l. &c. (3) Quod
 minutissima quaevis legis hic per ἰωτα & κέρατα, proverbialiter,
 juxta sensum immediatum, intelligantur. (4) εἰ μὴ per gemi-
 nationem particula negativa fortius negare dicuntur: εἰ μὴ πᾶ-
 ρέρχεται h. l. non aboleri, non irritum fieri, non perire, literaliter,
 sed aequipollenter permanere, perdurare, conservari &c. signifi-
 cat. (5) Δπὸ εἰ νόμος, in Cod. antiq. Montf. additur, καὶ τὸ Προ-
 φητῶν.

6. Ἔως ἂν πάντα γῶν, quod non uno modo redditur,
 (1) alii, donec omnia fiant, Vulg. Arias Mont. Syrus, Tremell. &
 Trost. &c. (2) Alii in singulari, B. Luth. bis daß es alles gesche-
 he! Interp. Dan. 1550. 1607. 1632. 1647, Island. Ærbiof. (3) Alii,
 usque dum omnia facta fuerint, Pagnin. Tremell. Beza, Piscat.
 vel, quoad omnia facta fuerint, Erasmi. Flac. quasi in Græco ex-
 staret, ἕως ἂν πάντα γενηθήσονται. Ital. Hispan. Belgic. Svec.
 (4) Alii, usque quo omnia opere compleantur, quasi Græcus ha-
 beret, ἕως ἂν πάντα πληρωθῆ, Angl. Persic.

7. ὅς ἐάν ἐν λύσει μίας τῶν ἐπιτολῶν Ἰστων ἐλαχίστων
 (1) λύσει opponitur h. l. τῶ ποιῆν, sicut è posteriori parte hu-
 jus versiculi patet, adeoq; non tam solvere, quam solvendo vio-
 lare, significat, quod duplici sit modo, nimirum (a) omittendo,
 (b) committendo. (2) μία τῶν ἐπιτολῶν Ἰστων non intelligitur
 (a) de traditionibus Pharisæorum, de quibus hic Christus verba
 nondum facit: (b) neque de certis mandatis regni caelorum, pro-
 ut fingit Grotius ad h. l. nam regnum caelorum post lapsum non
 per mandata, sed per gratia promissa, non per legem, sed per
 Evangelium obtinetur: (c) sed de mandatis ἐν νόμῳ, quia v. 18.
 substantivum hoc, ad quod cum ἀντικείμενον Ἰστων, cum pronomen
 demonstrativum Ἰστων respicit, immediate præcedit. (3) ἐλα-
 χίστων, minima dicuntur non per approbationem, sed per hypo-
 theticam introductionem & recitationem, non καὶ ἀλήθειαν,

sed κατ' ἀνθρώπων, non ex legis conditione, sed ex Legislatorum
 & Pharisaorum opinione, non per confessionem, sed per hypothe-
 ticam suppositionem &c.

8. καὶ διδάξῃ ἔτω τὰς ἀνθρώπους. (1) τὸ διδάξῃ non
 sibi referunt ad doctores, & τὸ λέγειν ad audientes: sed alii reo
 & ἄλλοι utrumque referunt ad doctores, juxta contextum. (2) τὸ
 διδάσκειν h. l. non tantum verbis, sed etiam factis, vel exemplis
 docere significat. (3) ἔτω, juxta Hieron. & alios, non refero-
 tur ad verbum, sed ad nomen ἐπιτολῶν, & sic τὸ καὶ valet idem
 quod καὶ etiam si, licet, bene, vel recte docuerit homines: sed
 rectius referuntur ad verbum λέγειν, & do. ut sit ita solvere legem.

9. Ἐλάχιστος & μέγας h. l. non tantum contradistin-
 guuntur, sed etiam opponuntur, & quidem non in oppositione
 quadam graduata, quoad eandem speciem, quasi minimus, vel
 Ἐλάχιστος etiam sit aliquis in regno caelorum, sed in comparatione
 minor: sed potius in oppositione totali, quoad diversa genera, di-
 versas species, conditiones, vel classes, ita quidem, ut notet minio-
 rum, i. e. abjectissimum, videlicet in gehennam, vel novissimum,
 aut ultimum, à regno caelorum exclusum, ita ὅτι prorsus nullum, sicut
 mox v. 20, declaratur, non potest sic ingredi regnum caelorum.

10. II. *Analysin Logico-Theologicam*, sic obiectum praesens
 eius *Disputationis* vocatur *Aeterna Verbi Duratio*, & quidem expris-
 mitur hoc titulo (1) *Materiale*, quod est *Verbum*, non *hominis*,
 non *Angeli*, multo minus *Diaboli*, sed *DEI*. (2) *Formale*, quod
 hic *verbum DEI* non consideretur ratione *constitutionis*, vel ra-
 tione *revelationis*, vel ratione *usurpationis*, &c. sed ratione *dura-
 tionis*, quae proprietas *formaliter* hic attenditur, & de *Verbo DEI*
 proponitur. (3) *Proprium*, quod non sit *momentanea*, nec
successiva, nec *temporaria*, sed *aeterna verbi DEI duratio*.

11. *Aeterna Verbi DEI duratio* quoad ὁμωνυμίαν non uno
 modo dicitur, (1) κατ' ἀρχήν, sic *verbum DEI*, quatenus est in
DEO, vel etiam à *DEO*, *durationis aeternae* dicitur. (2) κατ'
 ἑστίαν, quatenus hoc *DEI verbum* in se, vel sua natura *duratio-
 nis aeternae* deprehenditur. (3) κατ' ἐνσκηπίαν, vel ἐνεργείαν,
 quia respectu nostri semper scopum *obligationis*, *observationis*, &
operationis intendit: h. l. πρῶτος medius, δευτέρος ultimus re-
 spectus

Secundus attenditur, αὐτῶν; autem, juxta *textum*, ut & antecesso
dentia, postremus respectus intenditur.

In 12. In objecti hujus declaratione breviter causas introdu-
cimus. Efficiens causa durationis aeternae verbi DEI tantum prin-
cipalis datur; cum neque detur Ministerialis causa, siquidem
nullum ministerium est aeternum, nec ullum ministerium aeter-
nae durationis principium esse potest: neque datur instrumenta-
lis causa, cum aeterna duratio nec fiat, nec fieri queat
per instrumentum. Et aeternum verbum sibi metipsum medium
aeternae durationis, hinc CHRISTUS inquit: Amen dico
vobis.

13. Est autem Causa principalis aeternae durationis verbi so-
lus DEUS, & quidem (a) ἁπλοῦς, vel essentialiter: sicut enim
DEUS essentialiter est autor verbi, sic etiam est autor proprietat-
um verbi, consequenter etiam hujus aeternae durationis: & aeter-
na duratio verbi non nisi principium aeternum habere potest: so-
lus autem DEUS per essentiam est principium aeternum. (b) ἑξ ἑσ-
φαλῶν, sic aeterna verbi DEI duratio causaliter refertur (1) ad
DEUM Patrem, utpote qui fons omnis aeternitatis, & sic etiam
aeternae verbi durationis, est Rex aeternus, Jer. X. 10. Rex seculor-
um, immortalis, invisibilis, sapiens DEUS, cui debetur gloria in
secula seculorum, Amen, I. Tim. I. 17. priusquam montes fierent,
aut formaretur terra & orbis, à seculo in seculum ipse DEUS est,
Psalm XC. 2. (2) Ad DEUM Filium, qui Pater est aeternitatis,
Esa. IX. 6 DEUS benedictus in secula, Rom. IX. 5. ipse tanquam
Λόγος aeternus, & substantialis sapientia, Prov. III. 1. seqq.
praestat etiam, ut verbum DEI sit aeternum. (3) Ad DEUM Spi-
ritum Sanctum, utpote qui Spiritus aeternus, Heb. IX. 14. & tan-
quam DEI Spiritus ab aeterno DEI verbum format: sicut enim
hominis temporalis spiritus est causa temporalis verbi hominis,
sic etiam Spiritus aeternus est causa prout aeterna verbi DEI.
(c) ἰδιονομητῶν & κοινωμητῶν, quia Christus secundum Divi-
nam naturam sibi peculiariter hanc causalitatem appropriat, dum
fit Λόγος Patris, Job. I. 1. Consiliarius Patris, Esa. IX. 6. Sapien-
tia Patris, Prov. III. 1. Interpres, vel internumcius Patris, J. 1.
X. XIII.

XXXIII. 23. *magnus Patris Legatus*, uti passim appellatur, *Evangelista Patris*, *Esa. LXI. 1.* qui nobis è sinu Patris omnia mysteria revelavit, *Job. I. 18.* Secundum *humanam naturam* verè de tali causalitate communicat, quia tota plenitudo Deitatis habitat in Christo *σωματικῶς*, *Col. II 9.* & omnes thesauri sapientiæ & scientiæ divinæ sunt in ea reconditi, *v. 3.* & sic quoad utramque naturam per certissimum, firmissimum, & durabilissimum *Amen*, vel *Amen dico vobis*, æternitatem verbo conciliavit, eamq; suis & auditoribus, & Adversariis *h. l.* demonstravit.

14. *Causa Materialis æternæ durationis* dicitur ipsum *DEI verbum*, quod partim per vocem *λόγος*, *v. 18.* partim per vocem *ῥητὴν*, *v. 19.* designatur, & vel *ῥητικῶς*, seu generaliter, totum *DEI verbum* intelligitur, cum & vox *Legis*, & *Mandatorum*, sæpius in Scripturis totum *DEI verbum* notare dicatur, ut vel ex solo *Psal. CXLIX.* liquet, ubi sæpius hæc acceptio reperitur, & vel *συνοδοχικῶς*, per *Synecdochen partis pro toto*, cum pars verbi, nimirum *lex*, adducatur, sed totum *DEI verbum* subintel- ligatur. Quòd enim totum *DEI verbum* sit *æternæ durationis*, patet (1) *ex Scriptura*, quia disertis verbis id affirmatur *Esa. XL. 8. I. Pet. I. 21. &c.* (2) *Ex ipsa verbinatura*, quia tum omne verbum hoc est *DEI*, quod autem est *DEI*, non potest esse temporarium, sed extra dubium est æternum; tum omne *DEI verbum* est homogeneum: quod igitur dicitur de uno, de altero quoque concedendum. (3) *Ex comparationis figura*, quia tum *h. l.* tum alibi passim, comparatur cum *cælo & terra*, & quidem ita, ut his tribuatur *corruptibilitas*, sed verbo *DEI* tum *incorruptibilitas*, tum *æternitas* adscribatur.

15. *Causa formalis* nihil aliud est, quàm ipsa *continuatio simplicissima*, vel *indivisibilis æternitatis in relatione ad verbum DEI*, cum non detur in *formalibus rationibus* processus in infinitum, interim illa vel *relatio*, vel *applicatio æternitatis ad verbum DEI*, suos quosdam *formales respectus* non respuit, siquidem (1) *à priori* respicit partim *ἐμμέσως* tum ipsam *essentiam DEI*, quæ simpliciter est *æterna*; tum *essentialem æternitatem DEI*, in qua fundantur omnia reliqua, quæ *DEO* tribuuntur, *æternitatis*
axiq-

axiomata, quâ ratione fundatur etiam *eterna duratio verbi* in hac *essentia* eternitate: partim *αὐτῶς*, sic hæc *eterna verbi duratio* fundatur tum in *eterna DEI sapientia*, tum in *eterna DEI veritate*, tum in *eterna DEI iustitia*, ratione legis, tum in *eterna DEI misericordia*, ratione Evangelij, &c. (2) à *formali*, quâ consistit *eterna verbi duratio* non in *indivisa tantum*, sed etiam in *indivisibili durationis verbi continuatione*, quâ simpliciter omnem vel *interruptionem*, vel omnimodam *cessationem*, propter ipsam *Verbi DEI naturam* respuit. (3) à *posteriori*, sic relationem infert ad *eterna DEI promissa*, ad *eternas DEI minas*, ad *eterna DEI beneficia*, ad *eterna DEI supplicia* &c. Item ad *objecta divinitus revelata* per verbum, quæ citra dubium *eterna* sunt *veritatis*, atque *durationis*: item ad *media*, quæ sunt *vocabula*, *literæ*, & *apices*, quia verbum ita dicitur *eternum durare*, ut ne *quidem jox*, vel *apex verbi* perire possit, vel debeat.

16. *Causa finalis* vel est *indirecta*, nimirum *Verbi DEI ab omnibus creaturis finitis distinctio*, nam propterea *Verbum* est *eternum*, ut à *creaturis omnibus* distingvatur, quod collectivè per *cælum & terram* demonstratur, quia *cælum & terra* dicitur *præterire*, sed *DEI Verbum* nullatenus *præterire*, sed *semper durare*: vel *directa*, sic *alia* dicitur *interna*, nimirum *eterna obligatio*, quia *cuncta*, quæ *verbi* sunt, fieri debent, & ne *quidem minimum* sive *mandatorum*, sive *verborum*, solvere licet, v. 18. 19. *Alia* dicitur *externa*, quæ rursus vel est *objectiva*, (1) *eterna Verbi per doctrinam propagatio*, vel *informatio*, ut *semper homines* è *verbo rectè doceantur*. (2) *eterna Verbi observatio*, ut *semper juxta doctrinam verbum observetur*, & ab *hominibus fiat*, v. 23. 19. Vel est *subjectiva*, nimirum respectu *hominum*, (1) *Finis punitionis*, ut *minimum*, & *nullus* esset in *regno cælorum* in *eternum*, qui *solverit minimum* in *Verbo DEI*. (2) *Finis remunerationis*, ut in *eternum magnus* esset in *regno cælorum*, qui *Verbum DEI æternum docuerit*, atque *fecerit*.

17. III. *Analysin Rhetorico-Homileticam*, quæ *variorum Thematum* formas exhibet, siquidem *Christus* hîc agit I. de *Verbi DEI duratione*: nam uti *DEUS æternus* est, sic *ejus etiam Verbum æternum*

B

eternum

æterna durationis dicitur, quâ de causa Christus in concione montana de *Verbi DEI duratione* quoque differere voluit, tradens (I.) *Durationis Verbi Demonstrationem*, v. 18. Amen Ego dico vobis, ex quibus verbis *Demonstrationis* hujus certitudo patet (1) *ex certitudinis nota*, Amen, quæ vocula divinam certitudinem designat. (2) *Ex certitudinis causa*, Ego, qui sum via, veritas, & vita, Job. XIV. 6. sum etiam hujus certitudinis Autor, ipse DEUS Amen, Apoc. I. 18. III. 14. (3) *Ex certitudinis norma*, Dico vobis, quia DEI Verbum, vel Christi dictum, omnis certitudinis norma. (II.) *Verbi durationis assertionem*, quæ verbis seqq. introducitur, & complectitur (1) *Assertionis comparationem*, quia durationem Verbi cum duratione cæli & terræ comparat, donec transeat cælum & terram. (2) *Assertionis Propositionem*, non præteribit, sed potius indefinenter durabit. (3) *Assertionis exaggerationem*, nec jota unum, nec apex unus à lege præteribit, adeòq; tota lex, omne DEI Verbum constanter permanebit. (III.) *Durationis Verbi Terminationem*, quæ dicitur (1) *Terminatio universalis*, donec omnia fiant: lex enim non tantum in hoc seculo, sed etiam in futuro locum habet, cum sit æterna justitiæ regula, quâ de causa dicitur æternæ obligationis, æternæ observationis, æternæ consummationis, & juxta DEI Verbum omnia fiunt in cælis, & in terris. (2) *Terminatio judicialis*, v. 19. nam qui solverit unum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno cælorum. (3) *Terminatio cælestis*, qui verò fecerit, & docuerit mandatum, seu Verbum Domini, magnus hic vocabitur in regno cælorum.

18. II. De *Verbi DEI Privilegijs*, qualia sunt (I.) *Privilegia mysticarum Causarum*, Amen Ego dico vobis, quibus verbis introducitur (1) *Privilegium cause formalis*, Amen, cum omne DEI Verbum sit Amen, & Veritas, II. Cor. I. 20. (2) *Privilegium Cause principalis*, Ego, DEI Filius æternus, & Veritas, ac Sapiencia substantialis dico. (3) *Privilegium Cause Materialis*, Vobis, nimirum omnibus dico, cum ad omnes indefinitè lo Vobis extendatur. (II.) *Privilegia mysticarum Circumstantiarum*, qualia sunt (1) *Privilegium externe collationis*, quia verbum

bum hoc cum mundo, caelo videlicet & terrâ, confertur, & huic multum praefertur, quia caelum & terra transibunt, quod de Verbo DEI minimè dicendum, neque dici potest. (2) Privilegium aeternae durationis, quia nihil à lege praeteribit, sed omne, quod legis est, aeternum durabit. (3) Privilegium interna conditionis, quia nec jota, nec apex perire potest, cum omne, quod est Verbi, verè sit divina conditionis. (III.) Privilegia Mysticarum Consequentiarum, qualia sunt (1) Privilegia finalis consummationis, donec omnia fiant, nam DEI Verbum, & observationem, & consummationem requirit. (2) Privilegia poenalis vindicationis, quia, qui solverit minimum mandatorum, seu verborum, minimus, vel nullus erit in regno caelorum. (3) Privilegia caelestis compensationis, nam qui docuerit, & fecerit mandata, seu verba DEI, maximus erit in regno caelorum.

19. III. De Lege Divina, quâ ratione Salvator exponit. (I.) Divina Legis statum, & quidem (1) Statum causalem, nimirum à priori, Amen dico vobis. (2) Statum essentialem, videlicet à formali, quia divina lex tantæ quidditatis, firmitatis, & majestatis, ut, licet caelum & terra transeant, quæ tamen suam, etiam firmitatem à DEO possident, ipsa tamen in nullo vel jota, vel apice, perire potest. (3) Status finalis, nimirum à posteriori, donec omnia fiant, cum divina lex non sit absque nostri vel obligatione, vel observatione, sed ab omnibus consummationem exigat. (II.) Divina Legis Abusum, qui tergeminus esse videtur, (1) abusus solutionis, quando quis citra, vel etiam contra DEI voluntatem solvit unum mandatorum minimorum. (2) Abusus propagationis, quando non tantum ratione suæ vice solvit, sed etiam ratione pessime doctrine talem solutionem aliis communicat, & hunc legis abusum per informationem propagat. (3) Abusus degradationis, quia, licet lex exaltationem, & ad DEUM evedtionem intendat, tamen propter solutionem, etiam minorum mandatorum, homines degradationem pati, minimumque statum, i. e. nullum, in caelis subire coguntur, dum ad inferos detruduntur, & poenis infernalibus subjiciuntur. (III.) Divinae Legis Usus, qui pariter dicitur esse triplex, (1) Usus observatorius,

torius, qui consistit in *πείθοις* legis, in eius tum *observatione*, tum *operatione*. (2) *Uusus informatorius*, quia sic nimirum cum *observatione*, vel *operatione*, lex est aliis proponenda, ut sic homines *doceantur*. (3) *Uusus compensatorius*, quia talis *magnus vocabitur in regno caelorum*, & *magnorum privilegiorum*, per *aeternam remunerationem* particeps erit.

20. IV. *De Verbi Divini Proprijs*, quae *tripliciter* sunt *generis*: (I) *Propria causalia*, quae sunt (1) *Proprium divinae certitudinis*, *Amen*, quae *vox & veritatem*, & *certitudinem* immotam designat. (2) *Proprium divinae celsitudinis*, *Ego dico*, qui *sum verus DEUS*, & *summus Legislator*. (3) *Proprium divinae latitudinis*, *Vobis*: *nullus siquidem Rex*, *nullus Imperator* unquam *mundi totius*, vel *omnium hominum Monarcha* fuit, vel *omnibus gentibus* *leges praescripsit*, quia *solus DEUS mundi Dominus* est. (II.) *Propria essentialia*, quae sunt (1) *proprium divinae firmitatis*, quia *Verbum DEI* longè *maiores firmitatem* habet, quàm *caelum & terra*, quoniam *caelum & terra*, quae tamen *omnibus aliis creaturis firmiora*, vel *durabiliora* sunt, *transibunt*, *verba DEI manebunt*, non *transibunt*, imò *transire nequibunt*. (2) *Proprium divinae integritatis*, quia *ne quidem unum jota*, vel *apex ullus à lege perire* potest. (3) *Proprium divinae veritatis*, quia *cuncta*, quae *Verbi* sunt, *fiunt*, nec *ullus homo*, vel *Angelus*, aut *alia creatura DEI* *Verbum jure* vel *immutare*, vel *irritare*, vel *evacuare* potest. (III.) *Propria finalia*, quae sunt (1) *proprium universalis aetivitatis*, quia non *debet solvere*, sed *facere verbum*, cum sit *objectum practicum*, quod non tantum in *maximis*, sed etiam in *minimis* a nobis *fieri* debet. (2) *Proprium universalis communicabilitatis*, quia non *solutio*, sed *operatio verbi* *communicanda* per *doctrinam*, & *informationem*, *hominibus*, & *quidem universis*, ut ab *omnibus DEI voluntas* fiat, sicut in *caelis*, ita *pariter in terris*, *Matth. VI. 10*. (3) *Proprium universalis utilitatis*, quia per se *lex* *semper intendit*, ut *omnes magni* *fiant* in *caelis*, sed *discrimen poenarum*, & *praemiorum*, cum *illarum respectu* *fiant homines minimi*, sed *horum respectu* *evadunt maximi*, ex *defectu* quodam in *hominibus* *resultat*.

21. IV. *Analysin Theoretico Practicam*, sic usus varios ex hoc Oraculo notare debemus: (1.) *Ufus Didacticos*. (a) *Doctrinam de aeterna verbi duratione certissimam esse*, cum ipse Christus, & Spiritus S. variis modis illam inculcaverit, (1) *affirmative*, quia *Verbum DEI manet in aeternum*, Esa. XL. 8. (2) *Negative*, ut h. l. c. XXIV. 35. Marc. XIII. 31. Luc. XXI. 33. (3) *Comparative*, quia *facilius est caelum & terram praterire, quam unum Legis apicem cadere*, Luc. XVI. 17. (4) *Objective*, quia *foedus DEI, foedus pacis, &c. non potest irritum fieri, vel moveri: Montes movebunt se, & colles dimovebuntur: attamen misericordia mea non recedet, & foedus pacis non movebit se*, Esa. LIV. 10. Sic ait JEHOVA, si irritum fieri potest pactum meum de die, & pactum meum de nocte, ut non sit diurnum tempus, & nocturnum tempus, etiam foedus meum cum Davide servo meo irritum fiet. Conf. v. 25. Psalm. LXXII. 7. XXXIX. 38. &c. (b) *De Scriptura Sacra, seu Verbi DEI integritate*, cum quia dicitur aeternae veritatis, dum semper manet illud, Amen dico vobis; cum quia caelo & terra ratione durationis non tantum, sed etiam ratione integritatis praefertur: caelum autem & terra sunt adhuc integra, suamque servant integritatem, sicut eam a DEO Creatore primitus acceperunt: sic multo magis Verbum DEI primam suam retinet integritatem, sicut eam ab Autore suo primitus accepit: cum quia ne quidem unum jota, vel unus apex de Verbo DEI periit: negatur potentia, negatur actus: sed unum jota, vel unus apex perire non potest; ergo nec actu periit: cum quia si nec jota, nec apex periit, neque verba perierunt, adeoque divinam suam adhuc hodie Scriptura servat integritatem. (c) *De Scriptura maiestate*, quae colligitur (1) *ex augusta comparatione*, quia caelo, terraeque, creaturis augustis, & maiestate plenis non modo confertur, sed etiam praefertur. (2) *Ex augusta conservatione*, quia iure Divinae Maiestatis conservatur, ut ne quidem jota, vel apex, perire queat. (3) *Ex augusta obligatione*, quia cunctos obligat ad omnia, locis omnibus, omnibus temporibus &c. (4) *Ex augusta violationis, vel solutionis immunitate*, quia tantam augustam Scripturae privilegia sunt, ut nemo vel Angelorum,

vel hominum, cujuscunque sit etiam vel majestatis, vel potestatis, minimum in Verbo DEI vel solvere, vel mutare valeat. (5) *Ex augusta ultione*, quia qui *minimum* solvere voluerit in Verbo DEI, *minimus*, & *nullus* vocabitur in regno cœlorum, v. 19. (6) *Ex augusta remuneratione*, quia qui *docet*, & *facit Verbum DEI*, *maximus* est, & dicitur in regno cœlorum &c. (d) *De Verbi DEI immutabilitate*, quia magis immutabile dicitur, quàm cœlum & terra, & prorsus æternum esse dicitur: quod autem æternum, illud minimè mutationibus est obnoxium. (e) *De Verbi DEI perfectione*, quæ probatur partim è *perfectionis proprio*: quia perfectum quod, illud omnem vel additionem, vel ademptionem, vel omnem tum additamentum, tum decrementum, respuit. Sed verbum respuit omne decrementum, consequenter etiam additamentum. Ergò verè dicitur perfectum: partim è *perfectionis requisito*, quia cuncta, quæ legis, seu verbi sunt, fieri debent, v. 18. nihil ergo superfluum, nihil etiam frustraneum; sed omnia sunt perfecta: partim è *perfectionis effectu*, quia, qui perfectioni huic quicquam, etiam minimum, detrahit, *minimus* & *nullus* in regno DEI vocatur: qui verò perfectionem illam novit, & facit, *maximus* in regno cœlorum dicitur. (f) *De Verbi DEI firmitate, vel stabilitate*, quæ præter alia colligitur ex *comparatione cœli, & terræ*, vel etiam, ratione *firmitatis* hujus, *prærogativa*, hinc itidem vocatur $\Lambda\omicron\gamma\textcircled{\text{C}} \beta\epsilon\beta\alpha\iota\omicron\tau\epsilon\gamma\textcircled{\text{C}}$, II. Per. I. 19. (g) *De Verbi DEI inviolabilitate*, quia ne quidem unum jota, vel apex unus interire potest. (7) *Legem ab hominibus urgere perfectam obedientiam, ut omnia fiant*, v. 18. & ne quidem *minimum mandatorum* solvatur, v. 19. (8) $\gamma\upsilon\omega\sigma\iota\nu$ & $\pi\epsilon\gamma\acute{\alpha}\xi\iota\nu$, *doctrinam & vitam, docere & facere*, esse generalia & fundamentalia totius Christianismi capita, cum primis autem *benè docere, & benè vivere* sunt præcipua requisita fidelis Ecclesiæ Doctoris: prius urgetur Esa. XL. 12. LII. 1. 2. I. Cor. V. 2. II. Tim. II. 16. IV. 2. Tit. I. 9. 10. 11. Hebr. V. 12. 13. I. Pet. II. 2. &c. posterius Psalm. L. 16. seq. Rom. II. 21. seq. I. Tim. III. 2. IV. 12. Tit. I. 17. &c. (9) *Notabilis est ordo Christi*, qui prius in Ecclesiæ Doctore requirit *benè facere*, postea *docere*: nam quæ non facit ipse, quomodo potest

do potest

do potest alios docere, vel hæc ab aliis urgere? *Turpe est Doceri, cum culpa redarguit ipsum.* Et probatur hoc tum *Christi dicto*, qui clarissimis verbis hunc ordinem ostendit: tum *Christi facto*, *Act. 1. 1.* ubi dicitur, *cæpit JESUS & facere, & docere.* (10) Magnam esse *transgressorum verbi*, vel etiam *legis, pœnam*, quia qui *minimum solvit, minimus* esse dicitur, h. e. secundum alios, *relative ultimus, novissimus*, sicut *minimus liberorum* est *novissimus*: secundum alios, *negative*, sicut *minimus* in regno cœlorum vocatur, vel qui planè non admittitur, vel prorsus à regno cœlorum excluditur, i. e. prorsus *nullus*: secundum alios, *privative*, quia juxta *Gloss. in regno cœlorum nullus minimus, omnes magni.* (11) Magna fore *piorum & observatorum verbi præmia*, quia *magni* erunt in regno cœlorum &c.

22. (II.) *Elencticos*, qualia sunt (1) *Papistarum*, (a) *Hebraum Veteris, & Græcum N. T. textum* corruptum esse, apud *Gordon. Huntlaum* de Verbo DEI *controv. 1. c. 5. seqq.* Verùm Christus ostendit h. l. quod ne quidem *jota*, vel *apex*, interire possit. (b) *Scripturam Sacram* non esse *perfectam*, quod passim propugnant. Sed Christus h. l. diserta *perfectiõnis* argumenta prodit, prout *præc. 1b.* notavimus. (c) Legem à nobis adimpleri posse, cum dicatur *v. 18. quòd omnia fiant*: & *v. 19. non tantum deere*, sed etiam *facere* tribuitur hominibus. Verùm *omnia fiunt*, non à nobis, sed à Christo, non per *nostram impletionem*, sed per *Christi completionem*, sicut ipsemet hoc exponit *v. 17.* (d) *Venialia peccata* esse *minima peccata*, ratione *sui*, cum sint etiam *minima mandata*, quorum transgressio sit *veniale peccatum*, *Bell. l. 1. de am. ff. grat. c. 12.* Verùm dantur *minima mandata*, non respectu *veræ conditionis*, sed respectu *vane opinionis Pharisæorum*, qui *mandata* sic in *maxima*, & *minima* distribuebant, non κατ' ἀληθειαν, sed κατ' ἰσχυρίαν. (e) Dari *Evangelica consilia*, seu *consilia perfectiõnis*, quæ sint à Christo legi superaddita. Vid. *Bell. l. de Monach. c. 7.* Verùm Christus non loquitur hîc ex *sententia propria*, sed ex *hypothesi aliena*, nimirum *Scribarum, & Pharisæorum*, & hæc *minima* vocat non βελάς, vel *consilia*, sed ἐπιτάγας, vel *præcepta*. (f) *Commentum aureolarum* in cœlis hîc fundatum esse censent, eum Christus faciat mentionem & *minimorum*, & *magnorum* in cœlo. Verùm *minimus* h. l. idem est, quod *nullus*, ut è superioribus constat.

constat. (g) DEUM non requirere, ut *minutissima* quævis legis à nobis impleantur, adeoq; *opem* nostra opponi posse *judicio DEI* ad *justitiam*, & *vitam æternam*, Bell. l. 4. de Justif. c. 15. seq. lib. 5. c. 1. seqq. Verùm Christus dicit, *qui solverit unum, minimus erit in regno cælorum* &c. (2) Calvinianorum, qui negant plerumq; *cælum* & *terram* *substantialiter* interire, sed *accidentalem* saltem *mutationem* subire. Vid. *Piscator*, *Spanhemius*, & alii. Verùm Christus hîc loquitur de *substantiali*, non *accidentali* interitu, sicut loquitur de *substantiali*, non *accidentali* *verbi* *duratione*. Item externo verbo derogant *cercitudinem*, *infallibilitatem*, *immutabilitatem* &c. quæ saltem interno verbo tribuunt. Verùm Christus h. l. differit de *verbo* *externo*, cum ne *jota* quidem, vel *apex* perire dicatur. (3) *Syncretistarum*, quod nec omnia *πρᾶγματᾶ*, nec omnia *ἰηματα* *Scripturæ* *sint immediata* *divina inspirationis*. Verùm Christus h. l. & *mandatorum*, *sive rerum*, & *verborum æternam durationem* demonstrat.

23. (III.) *Pædagogicos*. (1) Interibit mundus, vel *macrocosmus*, semper igitur meditemur *interitum* nostri, ceu *microcosmi*. (2) *Verbum* *DEI* semper nostri causâ manet, nos igitur semper in *verbo* maneamus. (3) Omnia, quæ legis sunt, *facere* debemus, sed omnia, quæ legis sunt, *facere* non valemus, ad *Christum* igitur *confugiendum*. (4) *Non dicere*, sed *facere* *Christianorum* est, *Matth. VII. 21*. (5) *Benè docere*, *benè vivere* *Ministros verbi* decet.

24. (IV.) *Epanorthotics* (1) *Noli mundum amare*, quia *mundus* præteribit. (2) *Verbum* non est *negligendū*, nec *contemnendum*, cum sit *æternæ durationis*, *æternæ felicitatis* *medium*. (3) *Otium* non est *admittendum*, cum sit *pulvis* *Satanæ*, *vitaq; Christianorum* in *praxi* consistat. Hinc *Justinus Martyr*: *Non in verbis, sed in factis res nostræ religionis consistunt*. (4) *Nihil*, quod est legis, quod est *verbi*, *solvendū*, quia sic *minimus*, h. e. *nullus*, es in *regno cælorum*.

25. (V.) *Panalecticos*. (1) *Jota* unum prævalere mundo, magno nobis solatio, cum omne *verbum* propter nos sit *revelatum*, & nobis à *DEO* *destinatum*. (2) *Mundus* *pios* *persequitur*, sed *mox* *perire* *cogitur*. (3) *Premant* nos *pericula*, nobis *adsunt* *æternitatis* *vehicula*. (4) *Omnes* *DEI* *promissiones* *sunt ratae*, *certaine*, *firmæ*, *totiq; mundo* *durabiliore*. (5) *Sit Christianus minimus in mundo*, manet tamen *maximus in caelo*. (6) *Doctrinam*, & *vitam* *Christianam* *cælestis gloriæ prodromos esse*.

sä
ad
I.
re
G
em
o-
de
leo
al-
bo
ti-
ra
la-
.
us,
ere
bo
fa,
en-
2f.

une
m,
um
no
in
est
im,
no
no
pe,
atis
to,
do,
liae


05 A 335

ULB Halle 3
004 209 567


1072







DISPUTATIO THEOLOGICA
DE
**ÆTERNA VERBI
DEI DURATIONE,**

juxta Matth. V. Comm. 18. 19.

QUAM

in Illustri ad Albim Academia

SUB PRÆSIDIO

✓ VIRI MAGNIFICI, MAXIME REVERENDI, AMPLIS-
SIMI ATQVE EXCELLENTISSIMI,

DN. JOHANNIS DEUTSCHMANNI,

SS. Theol. Doctoris, ejusdemq; Profes. Publ. du-
dum celebratissimi, & Alumnorum Electoralium
Ephori gravissimi, meritissimiq; ,

*Dn. Patroni, Præceptoris, ac Patris instar apud exteros,
filiali observantiâ æternùm prosequendi, devenerandi,*

Publico Eruditorum Examine sistit

M. VALENTINUS GREISSING, Coronâ Trans-
sylvanus, Ser. Elect. Sax. Alumnus,

In Auditorio Majori

Ad diem 8. Febr. Anno O. R. M. DC. LXXVIII.

WITTEBERGÆ

WITTEBERGÆ

Typis JOH. BORCKARDI, Acad. Typogr. excudebat SIMON Sieberhirt.